



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

DXVIII. Henning von der Schulenburg, Propst zu St. Marien in Salzwedel,
überträgt die Propstei auf 3 Jahre dem Vicar Meinhard zur Verwaltung, im
Jahre 1491.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

dern de tyd synes leuendes, dar na schal hie sie keren to memorien. Item geue ick mynen vor-
munderen jewelken eynen gulden. Dyt so toholden vnd vullentobringende Bidde ick dorch god
vnde sette to Testamentarien mynen seddern Ern Bartolden pyel, herrn hinrick van der
bynde, Hanfz rodensee, mynen seddern, Borgemeister, vnde Hanfs wittekopp, dat sie duth
so myt holden vnde myt dem besten forderen. Des hebbe ick duffen mynen lesten willen lathen
scriuen by wollmacht mynes leuendes, des donrdages na Thome Apostoli, Am jare hern dufent
Vierhundert vnde Negentigesten jare. To orkunde hebben wy vnser Oldenstadt Ingefegel wilken
hangen heten an difem bress. Na cristi vnser hern gebordt Vierteynhundert jar, dar na an dem
negentigesten jare, am fridage na Thome Apostoli.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XVI, 46.

DXVIII. Henning von der Schulenburg, Propst zu St. Marien in Salzwedel, überträgt die
Propstei auf 3 Jahre dem Vicar Meinhard Kreueth zur Verwaltung, im Jahre 1491.

Coram vniuersis et singulis cuiuscunque gradus, ordinis aut conditionis existunt, presentes
nostras literas visuris, lectoris pariter et auditoris, Nos henningus de Schulenborch, prepo-
situs ecclesie beate marie virginis in Soltwedel, verdenensis diocesis, ac magdeburgensis ac halber-
stadensis ecclesiarum canonicus. Sane Recognoscimus et presentibus etiam publice protestamur,
Quod — solemniter ordinamus per presentes in dicte nostre prepositure Soltwedel, cum eius regimini
personaliter arduis et legitimis prepediti negotijs, commode interesse nequimus, Officialem, locum-
gerentem et procuratorem virum honorabilem dominum meynhardum kreueth, in dicta eccle-
sia vicarium, virum etate maturum ac moribus et scientia comprobatum, committentes eidem per
tres annos a die dati presentium inmediate sequentes curam animarum dicte nostre prepositure ac
dantes et concedentes ei plenam liberam et commodam potestatem, dictam nostram parrochialem
ecclesiam cum capellis singulis eidem ecclesie incorporatis regendi, jurisdictionem tam spiritualem
quam temporalem nostras per se siue per alios sibi competentem exercendj, carniun defectus et
excessus tam ecclesiasticorum quam secularium personarum delinquentium corrigendi, Ad parrochia-
lem ecclesiam ville Brewitze, si medio tempore vacauerit, alium idoneum nomine nostro presen-
tandi et instituendi, Obedientiam et homagia a subditis quibuscunque exigendi et recipiendi, institu-
tiones ad beneficia ecclesiastica et destitutiones quotiens opus fuerint promouendi, Testamenta et
vltimas voluntates, iuxta laudabilem hactenus seruatum, citra quam etiam non est alia in memoria
hominum, longi temporis prescriptam consuetudinem ac priuilegia apostolica dicte prepositure gene-
rose concessa, approbandi rationeque recepta ab onere testamenti absoluendi ac omnes et singulos
redditus, fructus, obuientes et prouenientes, oblationes et emolumenta dicte nostre prepositure exi-
gendi, recipiendi et subleuandj et de receptis et subleuatis quitandi et generaliter omnium et sin-
gulorum gerendi, faciendi et exercendi, que nos in premillis quomodolibet facere et exercere posse-
mus, si presentibus personaliter interessemus, etiam si talia forent, que mandatum exigent magis
speciale, quam presentibus est expressum, in feudatione bonorum feudalium et commissione jurisdic-
tionis temporalis, que solum exigit penam capitalem et sanguinis dumtaxat exceptis, in quibus duobus

casibus nobis solum potestatem omnimodam referuamus, de quibus tamen redditibus, fructibus, obuenientibus, prouenientibus et emolumentis omnibus et singulis dicte nostre prepositure prefatus dominus meynhardus coquinam nostram ac consuetudines tam in ecclesia quam in curia nostra dudum seruatas disponet et obseruabit et nobis annuatim centum et viginti florenos renenses, Aut habenti nostrum cirographum et quitantiam tribus vicibus, videlicet quadraginta super festo martini et quadraginta super festo purificationis marie ac quadraginta super dominica Cantate, post datum presentium futuris a nobis nostris sigillis sigillatis quitatus, singulis annis persoluet realiter et cum effectu, quibus sic persolutis eum ad vltiorem rationem premissorum reddituum, obuenientium et prouenientium et emolumentorum occasione minime astringere volumus, Sed totum id et quicquid de dictis fructibus, obuenientibus, prouenientibus et emolumentis subleuatis dictis consuetudinibus seruatis et centum et viginti florenis Renensibus sicut premittitur persolutis, restiterit, prefato domino meynhardo in recompensam suorum laborum beneuole damus et assignamus, jta etiam in predictis apposita cautela, quod si, quod absit, bona dicte nostre prepositure quibusvis casibus adnihilarentur et minuerentur, sic quod dictus dominus Meinhardus redditus et prouentus dicte nostre prepositure juxta tenorem registri nostri sibi presentati subleuare non posset, Id non sibi sed nobis dampno esse debet, jta quod illud, quod ita consequi non potest in subleuando, debet a dicta summa centum et viginti florenorum, nobis ut premittitur annuatim debita, defalcare in soluendo. Cum enim horam necis incertam nemo preterire poterit, ne occasione presentis nostre commissionis, si nos medio tempore debitum vniuersae carnis exsoluere contigerit, quomodolibet dissensiones suboriri valeant, eam horam et dispendia presenti nostra ordinatione modo et forma infrascriptis volumus preuenire, jta videlicet, cum oblationes ac alij prouentus et emolumenta dicte nostre ecclesie nobis defuncto ad dictum dominum meynhardum minime deuoluerentur, statuimus et volumus per presentes, quod nostri heredes aut testamentarij tantam summam, in quantum dicte oblationes et prouentus se extendere possent, juxta arbitria bonorum virorum de summa centum et viginti florenorum nobis persoluendorum dicto domino Meinhardo remittent. Et si prefatus dominus Meynhardus de medio sublatus fuerit, tunc testamentarij eius vnum virum idoneum ad portandum sic ut premittitur onus dicte nostre prepositure quoad tempus statutum ad libitum eorum disponent et ordinabunt. Et ego Meynhardus kreuth, vicarius in ecclesia beate marie virginis veteris opidi Soltwedel, Omnia et singula, per dictum venerabilem virum dominum hennicum de Schulenborch, prepositum, sic ut premittitur ordinata, fideliter adimpleri ac centum et viginti florenos Renenses de redditibus, fructibus, obuenientibus et prouenientibus et emolumentis dicte prepositure temporibus statutis persoluere promitto: vnde, Nos hennicus de Schulenborch, prepositus, et Meinhardus kreuth presentibus renunciamus omnibus Juribus, priuilegijs, indultis ac beneficijs quibuscunque, datis siue dandis, ac jure decreti generalem renunciacionem non valere, nisi cum precesserit specialis, quibus presens ordinacio per nos sic ut premittitur facta quouis modo possit infringi siue violari, Sed omnia et singula premissorum rata, grata atque firma pro nobis ac omnibus quorum interest seu interesse poterit quomodolibet infuturum in perpetuum tenere et obseruare promittimus, sub omni bonorum nostrorum presentium et futurorum ypoteca et obligatione. In quorum omnium et singulorum premissorum euidentis testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo primo.